



XIV, 10.


4, 16.

#.
ib.



Decorative border of small floral motifs.
L
Co
RE
Q. U
spici
cipis
Pont
in
Ora
M. J
GRA
Decorative border of small floral motifs.



1417
LIPSIAPARADISUS,

Hoc est:

Collatio Academiae Li-
psiensis cum Para-

IN MEMORIAM

REFORMATIONIS
SECULARIS

DIE XII. AUGUSTI,

*Quo praedicta Academia au-
spiciis Illustrissimis Celsissimi Prin-
cipis Saxoniae HENRICI, à Senticetis
Pontificiis perpurgata, Paradisi faciem
induit, & per integrum Seculum
retinuit:*

A^o M. DC. XXXIX.

Oratione Panegyrica delineata

à

*M. JEREMIA WEBERO, Lipsiensi,
ad S. Nicol Archidiacono.*

GRAMMATE GREGORII RITZSCHII.

26(0).96

Augusto Paradisi Lipsici Trifolio
V I R O

*Amplissimo, Consultissimo atq;
Excellentissimo*

**Dn. CASPARI-MICHAELI
WELSCHIO, J. U. D.**

p. t.

Rectori Academiae Magnifico.

V I R O

*Magnifico, Amplissimo, Consultissimo
atq; Excellentissimo*


**Dn. SIGISMUNDO Finckel-
thausen/ Cto Celeberrimo,**

**Sereniss. Sax. Elect. Consiliario,
ejusdemque Curiae Supremae, Consi-
storii & Scabinatus Assessori prima-
rio, Juridicae Facultatis Ordinario,
Profess. Publ. Academiae Decem-Vi-
ro, Minoris PP. Collegii Colle-
giato, Canonico Martis-
burgensi.**

p. t.

Consuli Reipubl. Regenti

BIBLIOTHECA
POMICKAVIANA



V I R O


*Plurimum Reverendo, Amplissimo,
Excellentissimo*

Dn. HENRICO HÖPFNERO,
Doctori - Theologo, de Ecclesiâ
meritissimo, Consistorii Elect. Asses-
sori, Profess. Publ. Alumnorum Ele-
ctoral. Ephoro, Academiae Decemvi-
ro, Majoris PP. Collegii Collegia-
to, Canonico Misnensi.

p. t.

**Facultatis Theologicae Decano
& Seniori.**

*Dominis Patronis, Praeceptoris, Agnato,
Compatribus, Sympatriotis æ viterno
animi obsequio devene-
randis.*



olio
g
ELI
co.
timo
ncfel-
ario,
Consi-
rima-
nario,
n-Vi-
le-
bet
H
S
M



EPISTOLA

*Salutem à μάγαντον & offi-
ciosum cultum!*



MIRI Magnificentiâ,
Reverentiâ & Emi-
nentiâ maximè con-
spicui, Majorum suo-
rum gesta in viridi habere me-
moria, & illorum vestigia licitâ æ-
mulatione premere velle, piû est,
dulce est, & perquam honorificû:
Quod in honestis aulis fiat oportet,
& verè laudabilibus, cum laus
sit incorrupta vox bene judican-
tium de excellenti virtute, teste
Cicerone in 3. Tuscul. In iis verò,
quæ secus facta sunt, imitari illos
velle, religio esto omnibus Chri-
stiani nominis amaliis: κακοζηλία
enim illa est & mala imitatio, imi-

εστο-

DEDICATORIA.

tatoribus pernicioſa, DE O exoſa,
 ut Ezech. 20. v. 30. Zachar. 1. v. 4.
 3. Epist. Johan. v. 11 videre est. Ma-
 la omninò fuit æmulatio *Wigber-*
ti, quâ majorum suorum in gen-
 tilitate, & infidelitate demortuo-
 rû vestigia legere malebat, quàm
 rectam Christianismi viam insi-
 ſtere. Ille enim Ludovici Pii, Im-
 peratoris Romani, temporibus
 inter Saxones, Vir primarius, Ba-
 ptismo SS. jam jam iniciandus ro-
 gavit, quónam Patres sui conces-
 sissent: cumque audisset, omnes
 à Christo alienos in perditionem
 abiisse, pedem ex Baptisterio re-
 traxit, eò se profecturum conte-
 stans, quò majorum suorum cœ-
 tus demigrasset, ut autor est Al-
 bertus Cranzius Saxonix lib. 2

A 3

cap.

EPISTOLA

cap. 26. pag. 48. Imitatio majorum non in cacodoxiâ, sed orthodoxyiâ, non in superstitione, sed purâ Religione, non in impietate, sed in verâ pietate secundum verbi divini mensuram & censuram fiat. Verbum enim DEI scipio esse debet, cui innitamur unicè, dum vestigiis Patrum insistere cupimus. Stulta utiqve & probrosa est æmulatio ad nævos priscorum velle sese efformare, similis præpostero instituto quorundam Philosophorum, qui gibbositatem Platonis, balbutiemque Aristotelis imitati leguntur. Nil ergò nos moveant stentorum Romanorum voces, quæ ad valedicendum Religioni Evangelicæ, & ad legenda majorum in Papatu vesti-

DEDICATORIA.

vestigia toties nos invitant. Quæ
enim fuerint illa vestigia, loquun-
tur publica scriptorum monu-
menta, quòd à Scripturarum ta-
bulis ad anicularum fabulas, à ve-
ritatis viâ ad falsitatis avia, à Chri-
sto ad Antichristum, à cœlo ad
coenum deflexerint. Longè re-
ctiùs fecerunt ante Seculum in
hâc urbe & ditione majores no-
stri, qui relictâ antecessorum erro-
neâ semitâ in regiam redierunt
veritatis orbitam, verbi coelestis
lineâ exactiùs signatâ. Cujus im-
mensi beneficii memoriam supe-
riori anno post primum exactum
Seculum celebravit Lipsia, Patria
nostra carissima, quod nobis uni-
versis atq; singulis attulit insignẽ
misericordiæ divinæ decantandæ

EPISTOLA

materiem ad ipsos posteros didu-
 endam. Inde singulari DEI, mi-
 tius nos respicientis, gratiâ factū
 est, ut ex quo Lipsia audivit purē
 sonantem Evangelii tubam, singu-
 larem senserit suorum filiorū be-
 nedictionem. Finito enim primo
 Seculo conspicimus, in summis
 honoratissimorum officiorū fa-
 stigiis constitutos Patriâ Lipsicos
 non parū multos. Quorū totum
 possem facere syllabum, si cram-
 be bis cocta non esset nautea. Vi-
 dere eos licet in appendice Ora-
 tiunculæ huic annexâ. Nectamen
 nihil dicere queo. Respiciat mo-
 dō quis Electorale Consistorium
 Ecclesiasticum, tres notabit ejus
 Assessores ortu Lipsienses; Ordi-
 nem Juridicum, observabit ex eo

Pa-

Pat
 run
 cum
 Lip
 cum
 nis
 nē
 cē n
 nat
 Ele
 Lip
 con
 mi
 eni
 tan
 ctor
 & E
 liqv
 sup
 que



DEDICATORIA.

Patriam huic urbi debere Assessorum Septemviros; Ordinē Medicum, ibi Decanum inveniet Patriā Lipficum; Ordinem Philosophicum, ibi reperiet Seniorē nationis Misnicæ patriā Lipficum; Ordinē Senatorium, habebit ibi iudicē nativitate Lipficū, pluresq; Senatores sympatriotas; Præfecturā Electoralem, & eam administrat Lipficus. Utq; verborum faciam compendium, Vos ô Triumviri, mihi sitis instar omnium. Vobis enim nostra Lipsia jam temporis tantū non superbit, utpote Rectore Magnifico, Consule regente & Facultatis Theologicæ, quæ reliquarum omnium meritō audit superior, Decano, Vestrarū namque & animi dotium & dignitatū

EPISTOLA

apices non est, ut jam per famæ ex-
dras consecrer, at non immeritò vos
dico nostræ Lipsiæ Lumina & Columi-
na, quorum splendore illustratur, &
quorum labore verè firmatur. Instar
Palmarum publicorum & supremo-
rum munitiorum onera cum laude ha-
ctenus portastis, & boni Lipsici causa
in horto Academico colendo atq; mu-
niendo desudastis. Vos non tam ornat
Patria, quin plus à vobis ornatur ipsa,
cui cum datum sit vobis præesse, simul
curæ est eidem prodesse. Et plurimum
vos tangit Flos nostræ Lipsiæ, quem ex
doctrinâ feliciter repurgatâ Seculo ab-
hinc habere cœpit. Quem cum supe-
riori anno adumbrare publicâ Oratio-
ne debui, non potui non à nonnullis
invitatus, & amore Patriæ inflammatus
illâ publici juris nunc facere, eidemq;
antepagmentorum instar, καὶ ὡς πρόσω-
πον ἡλαυγές, splendidi vestibuli vicē,
augusta vestra nomina præscribere.

Vobis

DEDICATORIA.

Vobis siquidem post communem
Patriam partim consanguinitatem,
partim prosperitatem & meum *ΕΥΕΣΩ*,
partim etiam, quam primo loco no-
minare debuissim, Theologicam co-
gnitionem omnem, quam tamen exi-
guam esse sentio, post DEUM debeo.
Gratias itaque referre obstrictus sum,
quibus solvendis imparem me fateor
ingenuè. In hoc autem rerum defe-
ctu, affectum meum æstimate, cona-
tumque hunc & nisum dextrè expli-
cate, favoris vestri aurâ porro me fo-
vete, Bonoque publico salvete & va-
lete diutissimè, optatissimè. Lipsiæ
e Muséo meo d. 20. Aprilis An. 1640.

VV. MM. RR. AA. DD.

Observantiss.

JEREMIAS Weber/Lips.

SS. THEOL. Lic. ad ædem
S. Nicol. Archidiac.

A 6

DE-

PROGRAMMA.

DECANUS FACUL-
TATIS THEOLOGICÆ
IN ACADEMIA LI-
PSIENSI.

Memoriam nobis re-
trahat dies CLARÆ, 12.
scilicet *Augusti*, luculen-
ti & summe conspicui be-
neficii à DEO Clemētissimo huic
Academiae ob antiquitatem qui-
dē *Clara*, ob florentia studia *Clario-*
ri, & tandē ob orthodoxam Reli-
gionem factæ *Clarissima* superio-
re Seculo exhibiti: dum nimirum
Eandem post repurgatas *die Pente-*
costes à fermento Pontificio *ΕΥΠΕ-*
ρισάτω Ecclesias oppidananas, per
Illustrissimum & Celsissimum Princi-
pem Saxonie HEINRICUM, Se-
renissimorum Saxonie Electorum,

an-

PROGRAMMA.

annos jam 90. & quod excurrit
divino munere *Satorem & Dato-*
rem (cujus memoria in benedi-
ctione) verbi sui salvifici luce col-
lustravit, & lucem hanc inter tot
Adversariorum insultus, & hor-
rendos bellorum turbines, decus-
satim quasi confligentes, in hodi-
ernum usque diem conservavit.

Quo in loco fuerint res *hujus urbis*
& Academia, ad clavum sedente
Saxonie Duce GEORGIO, non ita
pridem partim ex concionibus
Secularibus, partim ex Orarione
panegyricâ, partim ex editis in lu-
cem publicam monumentis ab-
undè satis cuilibet innotuit. Exci-
taverat *DEUS* Ecclesie suæ miser-
tus sub mundi vesperam & extre-
mam calvitiem *Megalandrum LII-*

PROGRAMMA.

THERUM, qui *ἡριστογονίας* anno
1517. Papatum ab indulgentiis ce-
lam orsus oppugnare, coronam
Pontificis triplicem super coele-
stia, terrestria & infernaliam detur-
bare, pingves Monachorum a-
qualiculos (quæ fuerunt *Erasmi*
de hac reformatione verba) con-
tractare, verbum *Θεοπνευστον* tradi-
tionibus humanis collutulatum
pristino nitore restituere, articu-
lum de Justificatione peccatoris
coram DEO, qui Theologiæ no-
stræ apex est, de tractatâ meritorum
opinionem perpurgare, multisque
animarum millibus viam ad salu-
tem, salebris remotis, munire cœ-
pit. Manu velut factâ, concurre-
bant undique non ex fece fulgi-
duntaxat aliqui, sed & Urbes, nec
Urbes

PROGRAMMA.

Urbes tantum, sed & integræ provin-
ciæ, traditionum Papalium,
pertasæ, consolationum verò E-
vangelicarum sitientes ad ample-
xandam cœlestem hanc doctri-
nam dulcissimam, & ad pavidas
conscientias erigendas efficacissi-
mam. *Electores & Principes Cel-*
sissimi, nec non Imperii Status qui-
dam florentissimi, Protomartyres no-
stri, de certitudine hujus doctrinæ
ἀμετάπτωτοι confessionem suam in
ipsis Comitibus Imperii Augustanis
coram *Invictissimo Imperatore CA-*
ROLO V. & reliquis Imperii *Ordi-*
nibus nullum quantumvis capitis
periculum præsentissimum perti-
mescentes, augusto planè exem-
plo exhibebant, & publicè præle-
gendam offerebant. Depingeba-
tur

PROGRAMMA.

cur *CHRISTUS* Germanis ob o-
culos (uti *Paulus* de suis *Galatis* lo-
quatur) moribundis præsertim,
qui quasi cum tripudio vitã hanc
mortalem, & concatenatis mise-
riis implicatam, cum alterã illã
immortali & beatã sine despera-
tione & Purgatorii metu com-
mutabant: Dulcissima illa vox
Evangelii: *Confide, fili, remissa sunt*
tibi peccata tua, poenitentium au-
ribus & animis insonabat. Paucis:
Venerat istud tempus acceptissi-
mum & hora gratissima, quã *An-*
gelus ille *æternum* portans *Evange-*
lium, per medium coelum Eccle-
siasticũ volitans, omnes ad *DEUM*
timendum & honorem Ipsi (non
Papæ ampliùs, non traditionibus,
non indulgentiis, non meritis no-
stris)

PROGRAMMA.

(stri.) exhibendum adhortabatur.
Quid verò nostri *Lipsienses* inter-
rim? Tanto bono privati geme-
re, angere, solum vertere, conscien-
tiæ carnificinam pati, bonæ famæ
naufragium facere, & capitis peri-
culum subire, nec ad breve tem-
poris spacium, sed ab ipsis refor-
mationis incunabilis años viginti-
unum & quod excurrit. Tandem
tamen divino ferè miraculo an-
no 1539. Duce Saxoniæ GEORGIO,
qui currenti Evangelio sufflamen
in hac Urbe injicere *наддувану* al-
laborabat, rebus humanis exem-
to, & ditione ab intestato ad
HEINRICUM fratrem, hære-
dem proximum, devolutâ, die
Pentecostes Ecclesiæ Oppidanæ à
Dn. D. LUTHERO, JUSTO JONA,
CRU-

PROGRAMMA.

CRUCIGERO & Parastatis reformatæ, & fidelibus Operariis abscens hæc messis fuit commissa. *Academiam* verò quod concernit, difficultatis hinc aliquantum fuit interjectum, ut unâ fideiâ hi duo parietes dealbari, Urbs & Academia simul & semel repurgari non potuerint. Eò tamen-adjuvante divini Numinis auxilio, res deducta est, ut 12. die Augusti, ab Illustrissimo Saxonie Duce HEINRICO Legati D. JONAS, SPALATINUS, CRUCIGER, MYCONIUS & duo Nobiles in congregatione totius Universitatis postulata de Reformatione Illustrissimi nomine, non sine felici successu, proposuerint. Summa fuit: Doctrinam puri verbi *DEI* in confessione Principum Saxonie

PROGRAMMA.

xonia & aliorum Statuum, & Apologia ad hanc edita sic esse fundatam, ut non possit contrario *DEI* verbo refutari, & hanc fiduciâ esse *CAROLO V. Casari & S. Imperio* oblatam: Hinc velle & mandare *Illustrissimum Principem*, ut in docendo, legendo & disputando Academia non aliter sentiat. Appendicis tamen loco fuit adjectum, ut disputando pro privilegiis hujus Academiae super hanc doctrinâ pro & contra, quò veritas magis elucescat, disseratur, modò diversum non asseratur, scribatur, doceatur, virulenter & hostiliter super hoc confligatur. Responsum Universitatis per *D. CAMITIANUM, SCHEFFELIUM, STRAMBURGUM, FUNCKIUM, LOBWASSERUM*

PROGRAMMA.

RUM DECANUM & M. U D A L-
RICUM tunc adornatum (ex
conclusis Consilii Nationalis ,
quod eodem die fuit coactum ,
& nisi paginae angustia prohibe-
ret, latius esset describendum) sic
habet: Non dubitare Universita-
tem, *Illustrissimum Principem* pro
eâ, quâ pollet, & in divinis & in
humanis rebus providentiâ in
hâc gravissimâ causâ, ad salutem
animarum & conscientiarum,
pertinente, altissimo & prudentis-
simo præhabito consilio, manda-
tum acceptum constituisse, nec a-
liter, usque dum sciat, Confessio-
nem & Apologiam Catholicæ Ec-
clesiæ, & sanctis Biblicis libris
conformem, & ex his roboratam
etiam suffragio Synodorum, præ-
fer-

ferti
viffe
aonu
Chri
Scrip
ram,
& di
DE
hoc
sam
cipis
noris
A
novâ
visa
Israë
lasti
antè
ta: &
qvib

PROGRAMMA.

tertium Nicænæ : Proinde decre-
viffe Universitatem quatuor Na-
tionum suffragio, puræ doctrinæ
Christianæ & sanctis istiusmodi
Scripturis se neutquam obstitu-
ram, verum sensuram, docturam
& disputaturam, quod sincerum
DEI verbum exoptulet, & se in
hoc negotio gesturam, ut gratio-
sam voluntatem Illustrissimi Prin-
cipis habeat pro incremento ho-
noris DEI & salutis proximi.

Ab eo tempore hæc Academia
novâ quasi luce de cœlo perfusa
visa est: Limpidissimis fontibus
Israëlis, susq; deq; habitis Scho-
lasticorum lacunis tanti paulò
antè factis, veluti Paradisus riga-
ta: & ab exteris etiam regionibus,
quibus ex hac Academiâ, tan-
quam

PROGRAMMA.

quam ex eqvo Trojano custodes
animarum suffecti, sumo in pre-
cio fuit habita. Quare pro benefi-
cio tam immenso, quod Acade-
miæ hujus vetustissimæ & cele-
berrimæ Reformatione non Ele-
ctoratui tantum, sed toti Ecclesiæ
(verè enim commune bonum
sunt Academia) D. F. U. S. Clemen-
tissimus exhibuit gratias, quibus
capiendis mentis nostræ sunt an-
gustia, agamus maximas, & ut no-
bile verbi sui depositum, quo the-
saurus major nec dici, nec cogita-
ri potest, inter tot persecutiones
tùm Calvinianorum, tum Ponti-
ficiorum (quas non semel experta
est hoc seculo Academia nostra,
in primis *ante sexennium eâdem die*
CLARÆ in obsidione Cesareanâ

ter-

PROGRAMMA.

tertiâ, ubi tantum non de ipsius
salute conclamatum videbatur)
conservare, & ad seram posterita-
tem, si adhuc aliqua speranda,
transmittere dignetur, calidis im-
ploremus suspiriis. Avertat ab
hâc Academiâ bellum, famem,
pestem: omni bonorum copia
eandem repleat: alis misericor-
diâ obumbret: docentibus & dis-
centibus in omnibus Facultati-
bus ex alto benedicat. Sit & ma-
neat imposteriorum hæc alma Aca-
demia Tabernaculum Altissimi,
domus DEI & porta cœli nobis
& posteris nostris, donec ad *Aca-*
demiam cœlestem, ubi à facie ad fa-
ciem videbimus, nec ex parte am-
plius cognoscemus, ex hâc terre-
nâ transferamur.


Me-

PROGRAMMA.

Memoriam tanti beneficii con-
servatura *Facultas Theologica* hâ-
die, 12. scilicet *Augusti*, horâ quartâ
pomeridianâ in *Majoris Principum*,
Collegii acroaterio Orationem Se-
cularem, Panegyricam & Eucha-
risticam indicit. Ideoq; omnes
Academie proceres, ut suâ præsen-
tiâ plus lucis impertiant, hiſce in-
vitat, *Studioſam* verò *juventutem*
ut interſit, & pro ſalute hujus al-
mæ ſuæ matris, totiuſq; *Eccleſiæ*
vota faciat, amanter monet. Li-
pſiæ PP. ii. die *Augusti* Anno 1639.

M. Cunr. Bavarus PP. de Lipſiâ,
in ejus laude Anno 1609.

Nil huic deest, nil huic negatum,
Quin poterit *Paradisus* esse.



IN

IN
Pace
Aca
renti
Exce
dign
& P
cum
culci
ce ve
ctun
re,

(1)

IN NOMINE JESU,
VERITATIS MA-
GISTRI.



*Xultate Filii Sionis
& letamini in DOMINO
DEO vestro, quia dedit
vobis Doctorem Justitiae!*

*Pace veniaque vestrâ, Magnifice
Academiae Rector, Patres Reve-
rentiâ, Amplitudine & Prudentiâ,
Excellentiâ, Experimentiâ, Spectabili
dignitate, Claritate, Humanitate
& Præstantiâ conspicui, Tuque cir-
cumfusa genere nobilissima, literis
cultissima juvenum frequentia, Pa-
ce vestrâ, inquam, tum in conspe-
ctum hunc augustissimum prodi-
re, tum augustis hisce augusti*

B

Pro-

IN

con
ica bân
quarta
cipum
em Se-
Eucha-
omnes
præsen-
isce in-
tutem
ajus al-
cclesia
et. Li-
no 1639.

Lipsiâ,

um,
e.



2
PARADISUS

Prophetæ Joëlis verbis, quibus ipse Augustum Messiaë adventum eminùs salutavit, tenuissimo mihi auspiciari liceat augustum hunc Augusti diem, qui singularis atq; secularis beneficii memoriam nobis refricat, piamqve meditationem ejus imperat. Illuxit enim hodiè sidere satis claro *Clare* clara dies, cui Nomen indidit *Virgo* in Confessorum choro non ignobilis, quæ gente & mente clara, *Fridrico Barbarossâ* imperitante, sacris ædibus struendis piisq; precibus fundendis fertur occupata fuisse. Cujus vocis etymon aliquando tradidit *Lutherus Megalander*, cum foeminei sexûs infantem lustrico lavacri sacri fonte lavandam ipse initiationis arbiter


biter C
affini r
à limp
lis non
claruit
piè de
fuerit
effigie
est Alb

Hæc
annos a
est, cù
pisticis
nus cla
tem fo
suâ æd
gendâ
ipsa ap
amor

biter Claræ nomine appellitavit,
affini nempe suo nomine, quòd
à limpido fonte promanârit. Ta-
lis nomine & omine Clara novo
claruit spectaculo, quòd in ejus
piè demortuæ corde conspecta,
fuerit sanguine concreto effigiata
effigies Christi crucifixi, ut Autor
est Albertus * Crantzius.

** in Metropoli l. 8. c. 55.*

Hæc est illa dies, quâ *ante centum*
annos nostra Academia clara facta
est, cum Lux Evangelii eidem Pa-
pisticis tenebris caliganti hæc-
nus clariorem religionis clarita-
tem foenerare coepit; Cum in
suâ æde erigendâ, in fide corri-
gendâ, in prece dirigendâ Pietas
ipsa apud nos occupata fuit, cum
amor noster crucifixus clarissi-



mo Spiritûs S. radio in cordium
piorum tabulis, novo pictorum
artificio, rosulentâ formatus est
purpurâ, ut nulla præter hanc vi-
vis coloribus expressa pictura di-
cenda sit. Non Vos fugit, *Audito-
res honoratissimi*, superioris seculi
memoria, quo Deus abundè mi-
sericors, sortem miserrimam Ur-
bis Lipsiæ miseratus, Sacrosancti
verbi κειμήλιον ejus ædibus & se-
dibus restituit, ut in templis de-
tonaret, in cœtu Ecclesiastico re-
sonaret, in domo jubilaret, de-
monachis triumpharet, & terri-
tarum conscientiarum angustias
refocillaret. Pietatis æstus apud
vos nondum deferbuit, in aris at-
que focis penetralium vestrorum
non favillam, sed ignem in lucu-
len-



lenti
flam
Pent
anim
lenn
DE
runt
Ac
prov
spicio
rastar
tùm
te ce
prim
sona
cem,
anhe
sidera
His v
est, h

ACADEMICUS.

lentissimam mox erupturam
flammam deprehendere est, quem
Pentecostalis ignis excitavit atque
animavit, cum publicas atque so-
lennes & Academici & Oppidani
DEO sospitatori nuper persolve-
runt gratias.

Ad illud namque tempus DEI
providentis favore, Principis pro-
spicientis ardore, Lutheri & pa-
rastatarum tum consulentium,
tum verba facientium labore, an-
te centum annos Lipsia nostra,
primum impune audivit pure-
sonantem publice Evangelii vo-
cem, quam tot optarant vota, tot
anhelarant suspiria, tot aigre de-
siderarant exulcerata pectora.
His vox grata, vox adamata facta
est, his in publico confluere & ea

auscultare, quæ omnem ex animo pusillanimitatem poterant expectorare, datum fuit.

Hactenus ita continuatâ serie orthodoxæ doctrinæ semina in plebē spargere publicitùs Theologorū cura erat. At de Academiâ, quam præcipuum & ornamentū & caput ditionis esse Princeps dixerat, adhuc verbum nullum. Hac verò dierum selectissimâ *Illustrissimæ atque Potentissimæ Principis Henrici jussu Legati Theologi quatuor ac duo Nobiles alma nostra Academia regiam signârunt viam, ut porrò Augustana Confessio, ejusq; Apologia ceu fidei Symbolum in eâ obtineret, quod & ipsa prona acceptavit, & inde in hunc usque diem per DEI gratiam propagat.*

Exul-

Exul-
& lata
quia d
 Dies
dies est
 facta
 non A
 nonis
 * Cujus
 Isra
 Illic ut
 Qua
 Die
 est, qu
 bi sem
 sti Pat
 re filio
 Die
 atque

*Exultate igitur nunc Filii Sionis
& letamini in Domino DEO vestro,
quia dedit vobis Doctorem Justitiæ!*

Dies hæc congregationis Sionica
dies est, ad quam hæc Universitas
facta est non Platonis Academia,
non Aristotelis Lyceum, non Ze-
nonis $\sigma\omicron\alpha$, sed vera & mera Sion,


* Cujus ad alta solent ascendere mœnia
cœtus

*Israëlis ager quotquot & Orbis habet.
Illic ut Domini narrent præconia laudum,
Quæ de sorte tuâ sunt Jacobe tribus.*

* Eoban. Hefs. Psal. 122.

Dies hæc felicis generationis dies
est, quâ ex puri & incorrupti ver-
bi semine hæc alma Mater cœle-
sti Patri spirituales coepit parturi-
re filios.


Dies hæc donationis munificæ
atque magnificæ dies est, quâ




DEUS Academiae nostrae contu-
lit donum & bonum, quod omni-
auro & thesauro contra carius
æstimandū, sincerā Religionem.

Dies hæc *sanctæ professionis dies*
est, quā pristini Doctores damna-
ti, Thomistæ relegati, Scotistæ
exibilati, Scholastici repudiati,
Monastici fugati, ἄκοντες ἔκοντες
cathedrā cesserunt, novus autem
DOCTOR publicè Professorium
munus apud nos subiit CHRIS-
TUS ipse, qui verbum suum
Sacrosanctum, unicum credendi
principium, nobis concessit ab
omni scoriā perpurgatum, ut au-
diremus in eo dicentem & do-
centem, sonantem & solantem,
monentem & moventem, evel-
lentem & refellentem Doctorem

& Du-



& Du
muni
Prop
Papæ
ctrina
borav
Die
dies e
emen
justici
langv
adscri
Die
tionis
mo m
metar
ximo
las, ej
latoq;
Nef



& Ductorem unicum. Hoc gladio
munitus B. Lutherus, Teutonum
Propheta, Theologorum gloria,
Papæ commenta jugulavit, do-
ctrinæ Christianæ momenta ro-
boravit, & ad nos usq; derivavit.

Dies hæc solidæ *justificationis*
dies est, quæ non inanem atq; e-
mentitam operum assuit nobis
justitiam, sed infinitam Christi
langvore & labore promeritam
adscribit & imputat.

Dies hæc *jubilationis & exulta-*
tionis dies est, quâ beneficio sum-
mo macti, ad exacti primi seculi
metam meritò DEO Optimo Ma-
ximo votivas suspendimus tabu-
las, ejusq; gratiæ & bonitati læto
latoq; pectore laudes cantamus.
Nefas sanè fuerat hoc summum

DEI beneficium quasi sepultum relinquare, & diem hunc in honorum transmittere. Quin potius * mala aurea in phialis argenteis loqui verbum in tempore suo. Nam † dies iste dies boni nuncii est, & si nos taceremus, utiqve obventura esset nobis culpa. Bonum nobis obtigit è maximis maximum, pura doctrinae veritas nobis renata, à sordibus contractis vindicata, in centesimum annum usqve conservata.

* Prov. 25, 11. † 2. Reg. 7. v. 9.

Terminalia hæc sunt emensi primi seculi, quæ nemo nostrum denuò se attacturum polliceri sibi potest.

Hinc nec mihi vertetur vitio, quòd in confesso vestro amplis-

MO



mo
stra
con
prin
præ
tia
culo
pere
E
ad r
tri 9
debi
obst
debe
que
gete
ore
mat
rece
mis



mo hodiè assurgam, quem subro-
strarium hîc semper esse maximè
conveniret. Attamen & me im-
primis decet magnalia DEI de-
prædicare, & ingentis hujus gra-
tiæ esse tibicinem; ut, quod aliis in-
culcare conor, mihi metipsi im-
perem *σύγχαμα*.

Duplex vinculum me trahit,
ad reponendum almæ huic ma-
tri *Ἐπετησία*. Si quis alius se ipsi de-
debitione gratiarum æstimaverit
obstrictum, haud minus ei me
debere ingenuè fateor. Agite ita-
que *Auditores eminentissimi*, indul-
gete mihi faciles, dum more &
ore infantili hodiè venerandæ
matri pium facio officium, Deiq;
recenseo beneficium, cui impri-
mis gloriosum est, ex infantium

& lactentium ore gloriosam sibi
 perfici laudem.

Dicam itaque de nostrâ hac Aca-
 demia ope & operâ Lutheri repurga-
 tâ & de novo quasi replantatâ, cu-
 jus acta & facta breviter referam.

Non autem de his sub absolutâ
 consideratione dicam, sed σύγκρι-
 σιν quandam vel comparationem
 instituem, & sub aspectum ve-
 strum *Paradisum*, veluti *typum Aca-*
demia, *producam*. Hujus vireta suc-
 cinctè & absque pompâ Rhetori-
 câ referabo, nec in prolixas Ora-
 tionis amœnitates me diffundã.

A Vobis *vobis* *Rector Magnifi-*
ce, *Patres* & *Academici*, qui
 in hisce hortis instruendis, colen-
 dis atque sepiendis hætenus non
 parùm desudastis, eò quo debeo
 vultu



vultu & cultu contendo, ut nisi brevisissimi temporis iter molestum fuerit, benevolos vos mihi ad Paradisi Academici delicias expatianti adjungatis Comites, & Hortulano summo mecum obviateis supplices, quò porrò plantare, rigare & felix incrementum dare ipse non cesset!

Atq; ut inde Oratiunculæ meæ oriatur initium, unde omnium rerum origo ducitur, cum bellissimum hoc mundi theatrum stupendo ordine à DEO procreatū, variisque divinæ Majestatis insignibus exornatum esset, voluptatis domicilium *Paradisus*, Orientem versus extructus, varias arborum ac frugum species, visu acceptas, esu dulces produxit: Inter

B 7

quas

quas duæ obtinuerunt primas,
quarum una boni ac mali digno-
tione nobilis, altera autem vitæ
conservatione notabilis. Sed &
hortum illum irrigabant flumi-
na velut brachia ex uno fonte di-
visim manantia, & erant Phison,
Gihon, Hidekel & Phrat, quæ lim-
pidissimam, auriferam, gemmife-
ramque aquam scaturiebant.

Commendent Ethnici Scripto-
res Hesperidum hortos aureis po-
mis insignes, quæ pervigil Draco
servasse dicitur. Celebrent Alci-
noi pomaria, quorum tanta scri-
bitur fuisse fertilitas & copia, ut
præmaturis fructibus novi statim
succederent. Laudent hortos
pensiles, sive illos Semiramis, sive
Assyriæ Rex Cyrus fecerit. De
præ-

prædicent fabularum hamaxarii
campos Elyfios, Poëticas illas ani-
marum sedes decantatas

— *Et amœna piorum*

Concilia.

Extollant Tarqviniî superbi de-
licias, aut Romanorum viridaria,
qvorū nonnulli à colendis hortis
Hortensiorum traxerunt appel-
lationem. Superbiant hortis Sal-
lustianis aut qvibusvis aliis. Etiã si
enim horum aliquos inter mira-
cula mundi transcripserint, ad
hosce tamen nostros ne confe-
rendi sunt qvidem. Si optio nobis
daretur præ omnibus illis mundi
admirandis unicum *Paradisum*
intueremur. Nihil enim hoc hor-
to pulcrius, nihil cultius, nihil
elegantius Sol, mundi oculus, ad
tempus conspexit. Unde & Hor-

tus

tus Eden & voluptatis audiit,
 quod ipsum rinxerit & pinxerit
 amoenissima formositas, ut arti-
 fici foret fas æmulari, nunquam
 potestas imitari.

Ut ad institutum meum pro-
 pius deveniam, id operæ mihi
 dandum intelligo, ut de nostrâ
Lipsiâ demonstrem, ipsam nitore
 & splendore suo horto primo ni-
 hil quicquam cedere, sed ad pari-
 lem formositatem proximè ac-
 cedere.

Non opus ut huc nomen ar-
 ceam, quod nostræ Lipsiæ cum
 Viridariis penè idem est. Nihil
 enim sonat aliud nisi Tilietum,*
 locum tiliis & aliis arboribus in
 novum se florem induentibus
 condensum.

[* Ita

[* *Ita audiit olim linguâ Vandalicâ adhuc pagus ; Ἰνφκ enim tilietum sonat , & referunt Pirnensis Monachus , Sigfridus Presbyter , Erasmus Stella , priscis temporibus Idolum Flynz dictum , sub amplissimâ tiliâ positum , hîc loci esse cultum , Laur. Pecenstein in Theatr. Saxon. part. 3. p. 78. Et locum hunc quondam tiliis abundasse testatur vicinissimi pagi nomen Sindenaw. Hinc Græcè Philyrea dicitur, ἢ Φίλυρα, Tilia.]*

Et quid accersere attinet hujus urbis elegantiam, tractûs totius faciem pulcerrimam, aërem saluberrimum, agrum fertilem, ædificiorum decorem & nitorem, morum comitatem, sermonis suavitatem, cùm non desint alia loca & paucis parasangis hinc distita oppidula, quæ illis nomini-

bus

[* Ita

bus cum nostro in comparationem intrepidè venire possent? Alius verò Lipsiæ nostræ decor est, qui ipsi planè nativus, & tantum non ad invidiam proprius est, quòd sit facerrima & celeberrima *Academia*. Hanc dum dixi non rem mundam atque elegantem, sed ipsum mundum & ipsam dixi elegantiam. Quod si enim extra nubem contemplati rem fuerimus, quid quæso aliud sunt *Academiae*, nisi Mundi huius mundus, & totius huius universi compendiosus comptus? *Pontificiorum* delirium est non potestremum, *Paradisum terrenum* adhuc hodiè superesse, nec per diluvii inundationem fuisse devastatum, quod etiam delirat Os hodiernorum

run
lib.
ubi
rat
pos
chu
min
tuti
dise
cæt
por
Cat
sup
run
larr
pta
qvo
asse
son
Pet
✱✱

rum Pontificiorum *Bellarminus*
lib. de gratia primi hominis c. 14.
ubi cum *Rabbinis* communem er-
rat errorem, quod folium oliuæ
post diluuium à columbâ ad Noa-
chum delatum, ex primævo ho-
minis in statu integritatis consti-
tuti domicilio pulcerrimo, Para-
diso sit allatum. Quin & inter
cætera absurditatum *μορμολύκεια*
ponit & hoc, ad fidem pertinere
Catholicam, ut Paradisus adhuc
superesse credatur. Sed reliquo-
rum Jesuitarum iudicio hîc Bel-
larminus *ἀεροβατεί* & fumos ca-
ptat venditque inanes. Diversum
quoque veneranda Patrum series
asserit atque edisserit. Misso ergò
somnia hoc Jesuitico, potiùs ad
Petri Ravennatis concedimus par-
tes,

ces, qui ob sermonis suavitatem
Chrysologi nomen adeptus, non
 minus venustè, quàm verè dixit,
 festatuere: *Si quis adhuc in terris*
dici queat Paradisus, esse & inveniri
eum nullibi, nisi in Ecclesiis & Scholis
benè constitutis. Quod idem est
 elogium, quo Academias ornat
 Philologus & Jurisconsultus ce-
 leberrimus *Conradus Rittershusius*,
 in suis ad *Salvianum Messalien-*
sem Commentariis, quibus istam
 velut auream quandam fibulam
 coronidis loco annexuit: *Τί ἄν εἴη*
ἄλλο ἢ παρ' ἡμῶν καλεσμένη Ἀκαδημία,
ἢ τὸ θάδεις & θαυμασίων ψυχῆς ἡδο-
νῶν, πηγὴ δ' ἀπάσης τῆς ἐπιγῆς εὐ-
δαιμονίας: Quid aliud est, quæ vo-
bis vocatur Academia, quàm mira-
bilium animi voluptatum Paradisus
 atque

atque
 vita
 nie
 qua
 con
 quo
 frug
 ma
 scer
 rem
 ind
 fore
 dan
 nos
 com
 ac r
 ner
 tim
 [

atque fons uniuersæ in hisce terris
vitæ beatæ? Huic multò conue-
nientiùs tribui potest laus illa,
quam in Alcinoi hortum Poëta
confert, arbores nimirum in eo
quouis anni tempore conspici
frugiferas: Siquidem maturis his
maturescunt illæ, & his mature-
scentibus pubescunt aliæ, ac flo-
rem frugi aptum atque vicinum
induunt. Quòd si verò Veteres
fores suas antepagmentis quibus-
dam exornare solebant, quidni &
nostræ Lipsiæ primis foribus en-
comii hoc affigemus, ipsam æquè
ac reliquas Academias nomē ma-
nere * Paradisi, ut in ingressu sta-
tim pateat majestas ejus augusta.

[* *Celeberrimus Theologus Dn. D. Jo-
hannes Gerhardus in Dedicat. i. Tom.*

Disp.

*Dispp. Theolog. hoc nominis antebac
Lipsie tribuit, inde aliqua huc trans-
lata.]*

Attamen hæc summa est ejus ma-
jestas, quòd non Heterodoxa, non
Pagana, non Papana, sed ortho-
doxa sit Academia. Hæc nimirum
die puram isthanc faciem pri-
mùm habere cœpit, omni scilicet
superstitionis horrendæ furo &
muro, quem ab initio hucusque
habuerat, hircum & orcum olen-
te, ante seculum feliciter abster-
so.

Non semel nostræ Lipsiæ eve-
nit, ut quando *novenarius* nume-
rus signârit Annum, novum ipsi
accesserit honoris & ornamenti
singularis nomen, non cedro, sed
cœlo inscribendum, Anno enim

ære

are Christianæ millesimo quadringentesimo nono hortus Academicus in eâ primos suos ortus habuit, curâ & culturâ Illustrissimi Saxoniae Ducis *Friderici Bellicosi*, postmodum variis pulvillis & areolis, viridariis atque pomariis fuit interstinctus.

Anno autem post millesimum quingentesimum decimo nono B. *Lutherus* Disputationem hîc Lipsiæ habuit contra prædones illos nominatissimos, qui milvinis & aquilinis ungvibus foetus arboreos rapuerant, & pulcrum istum hortum in spinetum & senticetum immutaverant, quibus masculè restitit futurus felix putator & runcator hujus quoque Paradisi Lipsici. Quod DEO benedicente, demum

demum Anno abhinc centesimo,
 post *millesimum quingentesimum*,
tricesimo nono proventum habuit,
 ubi noxiis herbis extirpandis &
 cariosis stirpibus eradicandis verè
 se præstitit *Φυλαργόν* & *Φιλυρεργόν*.
 Paradisus productus creditur die
 tertiâ, cùm terra omnis generis
 plantas effudit. Si rectè calculum
 pono, præsens hæc dies quoque
 vel idcirco dicenda erit tertia,
 quòd in tertiâ eam notemus en-
 neade, quâ demum nostra Phily-
 rea nativam Paradisi induit fa-
 ciem.

Sed ad ipsum Paradisi ortum
 altiùs eundum est. Primævi Para-
 disii autor & fundator fuit ipse
 DEUS, Sic enim ait Prophetarum
 ille Oceanus Moses : *Plantavit*

Domi-

Domi
Orien
Ortho
Deion
μύρον,
bus p
pe hu
distinc
ac pla
rum ac
tatibu
lenite
set hor
tæ just
& aula

Ho
optim
xero &
tum P

*Dominus DEUS hortum in Eden ab Oriente. Hinc Damascenus lib. 2. Orthodox. fidei c. 11. ipsum vocat Θεῶν παραδεισον Θεῶν χειρῶν ἐφύτευ- μλῶν, divinum atque DEI mani- bus plantatum Paradisum. Nem- pe hunc ab aliis terræ partibus distinctum separavit, arboribus ac plantis decoravit, variis flo- rum ac terræ nascentium amœni- tatibus ornavit, fluminibusque leniter fluentibus irrigavit, ut es- set hominis in primævo concrea- tæ justitiæ statu persistentis regia & aula splendidissima. **

** Geneseos cap. 2. v. 8.*

Hoc ad Academiam nostram optimè accommodavero, si di- xero & hanc DEI dexterâ confi- tum Plantarium & viridarium.

C

Hæc

Hæc est ipsa Zion, quam Celsissimus
struxit: Jerusalem est, quam Do-
minus erexit: Vitis est, quam dexte-
ra Jehovæ posuit. *

* Esaie 15. v. 32. Psalm. 147. v. 2.

Psalm. 80. v. 16.

Ipsæ Optimus Maximus ut bo-
norum aliorum fons est, ita hu-
jus etiam Academici Princeps
est causa. Ipse plantat, seminat,
runcat, rigat & incrementum dat,
nihil non ipsi acceptum feren-
dum. Pudor sit nobis hanc gra-
tiam divinam occultare. Papa
Adrianus VI. neq; primas, neq; se-
cundas suarum dignitatum DEO
detulit, sed hominibus duntaxat
gratias retulit. In tabula duas ur-
bes pingi curaverat, Trajectum
unam, suam patriam, Lovanium
alce-

altera

fuera

li V. I

hæc v

planta

dedit

qvopi

fuit, q

ista: A

ment

didant

lumin

centur

consc

Præses

tutio

confer

in soli

jus be

cit, ille

✿ ✿ ✿

alteram, ubi Magisteriali lauro fuerat ornatus, & ponè has Caroli V. Imperatoris effigiem, inde hæc verba adscribi: *Trajectum plantavit, Lovanium rigavit, Cesar dedit incrementum.* Rectè igitur à quopiam versuto acriter notatus fuit, qui adjecit prioribus verbis ista: *Hic DEUS nihil fecit.* Motæ mentis sanè sunt & ἀθεοί, qui αὐτοδίδακτοι & sine summi Numinis lumine eruditionem sibi pollicentur, qui ipsi Palladis arcem conscendisse sibi videntur. DEUS Præses est Scholarum, cujus institutio notitiam docet, scientiam confert, sapientiam præbet, ille in solidè doctos transcribit, hujus benedictione qui nihil proficit, ille nulli proficit, sed omnibus

officit, Olim anteqvam refo-
 marentur nostræ Academiae &
 Scholæ à tenebris Pontificiis, Li-
 terati Patronam venerabantur
 S. Catharinam, honestis scilicet
 adducti & inducti causis ab idolo-
 latriæ Magistris, qui ipsam adeo
 eruditam fuisse perhibuerant, ut
 quinquaginta Philosophorum, à
 Maxentio Tyranno ad ipsam mis-
 sorum, audaciam confundere at-
 que contundere ex asse valuerit,
 hinc εὐχῆ istâ compellanda tunc
 fuit: *O sancta Catharina, esto me-
 cum in doctrina!* Sanè Majores
 nostri miselli nesciverunt, quid
 adorarent; Ipsorum cultus fuit
 stultus, Theologia fuit ματαιολο-
 γία, noticia fuit inscitia, zelus fuit
 scelus, & omnia in pejus corrue-
 runt.

runt.
 tum
 fuit h
 quo
 qui so
 indige
 ab ip
 Po
 ctus
 diso p
 tic, h
 Acade
 operâ
 conso
 digna
 luit.
 nastas
 imme
 nitate
 neces

runt. O fortunatum ergò & beatum hunc diem, quo vindicata fuit hæc Academia à miseriis istis, quo restituta fuit vero Præsidi, qui solus habet & dat sapientiam indigentibus eâ, & postulantibus ab ipso affluenter!

Porro quod DEUS, Architectus Universi, in plantando Paradiso primævo immediatè præstitit, hoc in formando Paradiso Academico vicariâ exsequitur operâ illorum, quos, nominis sui consortio perquam honorifico dignatus, terrestres Deos esse voluit. Excitat enim heroes ac Dynastas, Reges & Principes, qui immensam Universitatum amœnitatem & utilitatem cum parinecessitate & dignitate conjun-

stam, probè pensitantes Acade-
mias publicas fundant, fundatas
privilegiis ornant, ornatas Pro-
fessoribus stipant, stipatas stipen-
diis dotant, dotatas tutantur, nec-
quicquam omittunt, quod ad ea-
rum augmentum momenti ali-
quid conferre possit.

Quod altero abhinc Seculo in
adornando Lipsiensi Paradiso
strenuè probavit Illustriss. ac Po-
tentiss. Saxoniae Elector, *Frideri-
cus*, cognomine *Bellicosus*, qui pri-
mus studiis errantibus hinc grata
alvearia fixit & refixit. In quo non
minùs æmulati ipsum fuerunt
successores Celsissimi, usq; dum
Illustriss. & Sereniss. Saxoniae Dux
Henricus non sine admirabili pro-
videntissimæ DEI benignitatis

nutu

nutu
manu
simus
amor
religi
suum
omne
rum
collo
ros c
ipius
Cleme
vino
vomit
iras n
ram
postp
ferens
suum
Hi

nutu & adjutu illum repurgari
 mandavit. Hic est *Dux ille Pientis-*
simus, qui sinceri & veri cultus
 amore correptus, maturè puriori
 religioni subscripsit, nomenque
 suum *λαθηροφιλῶν* albo dedit,
 omnem proram & puppim suo
 rum studiorum in amore Christi
 collocans, ut meritò apud poste-
 ros cognomentum Pii caniciei
 ipsius ascribatur. Hic est *Dux ille*
Clementissimus, qui fratris sui, de
 vino Babylonicæ meretricis ad
 vomitum usq; temulenti & ebrii,
 iras nihil veritus, & vitam & ter-
 ram & omnem gazam longè
 postposuit religioni, susque deq;
 ferens, si omnes intemperiae in-
 suum detonuissent caput.

Hic est *Dux ille Patientissimus*,

C 4

quem

quem frater arctè nimis habebat, ille tamen exiguâ ditionis parte contentus paucula sibi sufficere putavit, modò haberet eum, qui haberet omnia, & moderatè tulit, quod animadverteret sibi, doctrinam sinceram amplexo, omnem ad principatum aspirandi occasionem à πανέργοις præscindendi.

Hic est Princeps ille *Constantissimus*, qui hæreditatem fraternam cum difficili conditione sibi per legationem delatam simpliciter repulit, comparans postulatum illud cum diabolicâ illâ tentatione Salvatori factâ, his usus verbis cedro & cœlo dignis: *Antequam Christum meum abnegaturus sum, cum meâ uxore scipione, nos sustentante,*

—
tante
Dux
mus,
potit
cio p
miâ
illa d
restit
dicar
& or
Hoc
mat
ris ad
regio
atque
sanè
demi
rubo
omn
temp

tante mutabo terram! Hic est
 Dux & Princeps ille *Sapientissi-*
mus, qui quàm primum ditionis
 potitus eam à fermento Pontifi-
 cio purgari curaverat, de Acade-
 miâ maximè fuit sollicitus, ut &
 illa debito suo in religione nitore
 restitueretur, quod sapienter ju-
 dicarat, *Academiam precipuum esse*
& ornamentum & Caput ditionis.
 Hoc enim usum eum verbo affir-
 mat *Philippus Melancthon* in lite-
 ris ad *Camerarium*; Verbo verè
 regio & egregio tanto Principe
 atque Heroe dignissimo, quod
 sanè aliis, qui Academies & Aca-
 demicos convitiis proscindunt,
 ruborem excutere deberet, ut ab
 omni maledicentiâ posthac sibi
 temperarent.

Hinc laudatissimus Princeps id sibi negotium dari rectè existimavit, ut provideret & curaret, quò veritas cœlestis in ditionibus suis, & imprimis in hac suâ Academia, obtineret & corruptelæ exularent. Non ut *gens Papistica* consuevit, apud quam sanguinans invenitur Theologia, quæ vivicomhuriis & vi armatâ religionem cogit, non svadet. *Hispania* nutrix & tutrix monstri illius Acherontæi, cruentæ hujus ultra modum & morem immanitatis audiit inventrix, & hodiè norunt Patres illi *Jesuitici* in primis frigidam suffundere apud Dynastas, ut homines ad perversum cultum adigant non verbo, sed ferro, nō argumentis, sed armamentis.

Longè

Lo
ricus
demi
mam
ctenu
buli p
litera
tarum
rum,
pagin
Scho
bo ce
præci
rum
jubeb
myste
gnum
infor
enim
tris of

Longè aliter pius Princeps *Hen-*
ricus reformationem hujus Aca-
demiaë adornandam putavit, spu-
mam illam doctrinaë, quam ha-
ctenus B. Lutherus, Romani sta-
buli purgator, ex firmis sacrarum
literarum testimoniis tot & tan-
tarum convicerat corruptela-
rum, abrogatam volebat, è sacrâ
paginâ porrò etiam in nostrâ
Scholâ refutatam cupiebat, ver-
bo cernere, non ferro sternere
præcipiebat. Biblia non Laico-
rum manibus sublata, sed potiùs
jubebat oblata, plebem in fidei
mysteriis non infirmatam, ut re-
gnum Pontificium habuerat, sed
informatam expetebat. Pater
enim Patriæ cum inaudiret, pa-
tris officium in se desiderari non
est.

est passus, vetuit ergò liberis post
 furfures atque quisquilias appo-
 ni, cum ipsis panem & edulia de-
 beri plus satis intelligeret. Sic sa-
 nè Magistratùs Christiani offi-
 cium est executus, qui jubetur
*elevare Portarum Capita, ut intro-
 eat Rex gloria. Reges nutricii &
 Principes nutrices Ecclesiarum &
 Scholarum salutantur. Iis dictum
 est à Psalte: Et nunc Reges intel-
 ligite, erudimini, qui judicatis ter-
 ram. Servite DOMINO in timore, &
 exultate in tremore. Osculamini Fi-
 lium, ne quando irascatur DOMI-
 NUS, & pereatis de viâ justâ.*

Psal. 24. Esa. 49. Psal. 2.

Quod Augustinus eleganter expli-
 cat l. 3. contra Crescon. Gramma-
 ticum c. 51. *In hoc Reges, sicut eis*
divi-

divi-
in q
gno
non
nam
ad
dati
gum
lum
ran
gis
Reli
in
exte
rati
Epis
in E
temp
tutu
sim
stro

divinitus precipitur, DEO serviunt, in quantum Reges sunt, si in suo regno bona jubeant, mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiam quæ ad divinam Religionem. Sic laudatissima exempla piorum Regum æmulatus est, quorum zelum & sacræ & profanæ memorant Historiæ, qui pro salute gregis sui vigilarunt, quatenus pro Religione imperitabant, & eam in quieto statu gubernatione externâ conservabant. Hæc enim ratione Constantinus Magnus ad Episcopos dixit: Vos estis Episcopi in Ecclesiâ. Ego extra Ecclesiam seu templum Episcopus à DEO sum constitutus. Hujus atq; aliorum gloriosissima vestigia premere Duci nostro gloriosum erat.

Con-

*Consul. D. Henr. Höpfn. Sax. Ev-
ang. sect. 1. part. 3. cap. 1 p. 145. seqq.*

Idem certè responsi dedisset
hoc Illustrissimum pientissi-
mumque pectus, quod cuipiam
suorum Consiliariorum *Ferdi-
nandus I.* Imperator aliquando
dabat, qui ipsi retulerat, se con-
spexisse illum in tabulâ depi-
ctum, CHRISTO crucifixo fle-
xis genibus supplicantem, fra-
trem verò Carolum armatum
stricto gladio in hostes sævien-
tem, denique Galliaë Regem in-
gynæcéo mollitiei litantem. Fer-
dinando verò hanc picturam ce-
dere in ignominiam: Quid in
ignominiam? regerebat pius &
laudatissimus Imperator, nec
major honos mihi exhiberi po-
tuisset.

tuisset atque hic! Nempe & suum
hunc honorem Religiosissimus
Princeps judicabat, quod vero
cultui liceret sibi esse suspenso,
cui ut subditi etiam vacare pos-
sent, indefessè omnem movebat
lapidem.

Ad Paradisum autem redeun-
dum est, quem DEUS benignis-
simus noluit jacere incultum, sed
Adamum, divinarum manuum
suarum *πλασθένημα καὶ θεένημα*,
eidem præfecit. *Posuit eum in hor-*
tum, inquit Moses, *Dux chori*
Prophetici, ut coleret & custodiret
eum. Tales coloni in Paradiso
Academico publici sunt *Professo-*
res, illis cultura hujus horti est
commissa, debent inibi plantare
& rigare, hoc est, semina pieta-
tis,

tis, virtutis, doctrinae & eruditio-
 nis discipulorum animis inferere &
 calidis DEUM venerari precibus,
 ut incrementum plantationi &
 irrigationi superaddat. Neglexe-
 rant hoc suum munus ante secu-
 lum in horto nostro coloni, &
 otio fermè diffluxerant: Non
 semen incorruptum terræ credi-
 derant, sed paleas traditionum,
 unde perversi cultus ut herba suc-
 creverant irrigua. Olim namque,
 ut in cæteris, sic & in nostrâ Aca-
 demiâ Petri Lombardi sententiæ
 prælegebantur, profundissimè se-
 pulso Scripturæ textu. Scholasti-
 ci obtinebant Sententiarum, Quæ-
 stionarium, & Sermonarium, qui præ-
 postero suo Philosophico studio
 tam miserè Theologiam depra-
 varant,

—
 va
 ptu
 na
 ro
 luc
 rab
 fide
 pli
 no
 fer
 di &
 P
 ster
 dist
 igna
 sim
 cen
 re
 quic
 fas
 —

varant, ut Scriptura ferè in Scri-
pturis reperiri non posset. Doctri-
na ipsa erat obscurata, crassis er-
rorum sordibus & ceremoniis
ludicris collutulata. Preces labo-
rabant cœcitate, impietate & in-
fidelitate. Corruptæ erant disci-
plinæ & artes, omnes lingvæ e-
normi barbarie & solœcismis re-
fertæ, ubivis mera erat & loquen-
di & scribendi scribligo.

Hic etiam per claustra Mona-
steriorum, *Auditores optimi*, offen-
dissetis fratres literas juxta cum
ignarissimis scientes, illis fermè
similes, qui Alnetum olim, Abrin-
censis diœceseos in Galliâ tenuê-
re cœnobium, quibus urbanus
quidam ac argutus homo ruino-
sas ædificiorum macerias osten-
dens

dens dixisse fertur, ruinas has intervenisse, quod nemo ex illis vel verbuli Latini tibicine fulcire potuisset. Summatim ut dicam, status erat miserrimus, & Ægyptiacæ ubique tenebræ in Babylonica captivitate. Religio frigatebat Laicorum, fervebant autem culinae Clericorum. In hoc nostro Athenæo ipsi etiam Doctores, Professores, Collegiati, Theologi æquè ac reliqui omnia, quæ ad beatam vitam pertinent, ventre metiebantur. *M. Sebastianus Fröschelius*, Ecclesiæ Wittebergen-sis emeritus Archi-Diaconus, testis est *αὐτόπῃς*, in *Disputatione* illâ non paucis notâ, *inter Lutherum atque Eccium* ad Annum 1519. in *arce Lipsiensi habitâ*, Theologos atque

atque Collegiatos Lipsienses pro-
ximos Eccio assedisse, sed parum
ad ea, quæ differerentur attentos,
somno sepultos, ut ad finem dis-
quisitionum excitandi fuerint, ne
dapiibus exclusi, enervati ante
diem obirent diem, quin potius
Concilio, si quod aliquando fo-
ret habendum, adhiberi possent
ceu Lumina & columina Eccle-
siæ, ipsis hæreticis vah quantum
metuenda, propterea namque
Collegiaturas acceperant, & ab
omni lecturæ onere liberi in
summo habebantur precio. Ad
illam ætatem hîc loci exercitia
Academica nullius erant hili aut
pili, tyronum vulgus diu dispu-
ditum est ejus, quod tunc dispu-
catum est, disquisitiones illorum
erant

erant exagitationes, examina in
 vexamina abierant, nihil ocula-
 riter docebant, singula joculari-
 ter dicebant. In honorem egre-
 gii disputatoris *Eccii*, Theologiae
 paterculi, finitâ illâ solenni, dis-
 putationem instituerant in Le-
 ctorio Theologico, in quâ *M. Geor-
 gius Helt Forcheimensis* (Fröschelii
 & Joachimi Camerarii quondam
 Præceptor) respondentis vices
 obire jussus est, hunc Eccius, ut
 supra Thaletem sapere videretur
 Cor Theologi, diu multumque
 elusit, & tandem ipsi obtrusit:
Olere ipsum Martinum Lutherum.
 Aliam talis disputationis aleam
 describit Fröschelius in præfatio-
 ne Tractatus sui de Regno CHRIS-
 TI, *Doctor Meinig*, Collegiatus
 Col-

Col
 con
 joris
 de c
 gini
 ro M
 lum
 nos
 mè
 par
 M.
 que
 tur,
 que
 cteb
 pecc
 tran
 Sim
 nis
 Mi

Collegii Principis, positiones
 conscripserat in hoc Collegii Ma-
 joris Lectorio majori ventilandas
 de conceptione Beatae Mariae Vir-
 ginis, quod esset concepta in Ute-
 ro Matris sine peccato, quod bel-
 lum decertatum inter Francisca-
 nos & Dominicanos erat mini-
 mè bellum. Opponentis ergò
 partes cùm deferrentur quoque
 M. Fröschelio, ex Bernhardo at-
 que Durando *Ἰέσει* contraniteba-
 tur, & tandem firmissimum vere-
 que *ἀδιάλυτον* argumentum ne-
 ctebat ex *Romanorum c. s.* quod per
 peccatum mors in omnes homines
 transierit. Ad hoc bonus ille
 Simplicianus nihil aliud solutio-
 nis afferre poterat, quàm dicere:
 Mi Domine Magister, vestra ar-
 gumen-

gumenta & testimonia Scripturæ
Sacræ sunt vera & firma, sed tamē
piè est credendum, Beatam vir-
ginem, matrem nostri Salvatoris,
esse conceptam sine peccato ori-
ginali.

Hujus sulphuris & fursuris
exempla plura vobis propone-
rem, si esset operæ. Ex hisce au-
tem satis patet antiqva facies Li-
psia nostræ miserrima, unde velut
ex lapsu Adæ in hujus Paradisi
agro nihil nisi lolium & spinæ
provenerunt. Cultorem itaque
& curatorem expectabat *Luthe-*
rum, qui ex saluberrimâ horti hu-
jus areâ infelices lappas & plantas
noxias eradicaret. Hunc cellissi-
mus Princeps *Henricus*, licet non
sine precibus, sine precio tamē

con

con

hor

tura

Lut

quie

conf

denj

sum

scrib

esse

nis

Aca

ille

A

cun

D.

D.

con

Ref

conduxerat, ut cum parastatis
 hortum istum perpurgaret. Fu-
 turæ hujus repurgationis Vates
 Lutherus ante fuerat, sic in-
 quiens: *Orbe hoc diutiùs duraturo*
confido fore, ut Universitates, Erfur-
densis & Lipsiensis, florem suum reas-
sumant, modò Theologia veræ sub-
scribant, ad quod ipsas non difficiles
esse novi. Prius verò aliquos huma-
nis hisce eximi oportet. Theologia
*Academias conservat, &c. * Hæc*
 ille Germaniæ Propheta.

* *Apophtegm. Luth. p. 531.*

Adfuit igitur vocatus Lutherus
 cum Philippo Melancthone, cum
 D. Justo Jonâ, Georgio Spalatino,
 D. Casparo Crucigero, Friderico My-
 conio & Johanne Pseffingero, ubi
 Reformationis fundamentum ja-
 ctum,

ctum, quod tractu temporis in
absoluti operis evasit structuram.

Omnia hinc Lutheri consilio &
auxilio fuere peracta, ut huic Or-
gano DEI selectissimo grati me-
ritò assurgamus.

Hanc gestorum gloriam nec
ipsi hostes tacere & occultare po-
terant, sed damnum justè illa-
tum in diariis suis narrare, & vir-
tutem etiam in adversariis lauda-
re, ipsos oportebat, quantumvis
scommata immiscere, & Evange-
lium contra scientiam & con-
scientiam propriam inauspica-
tum dicere haud erubescant. Ita
enim, aulae Pontificiae gnatho,
Laurentius Surius in Commen-
tario suo scribit: * *Porro ubi Hen-*

ricus Princeps ditionem fratris in-

suam

suam fidem adegit, Lutherum è Wi-
 tebergâ Lipsiam accersivit: Eò quo-
 que advolavit ex eodem Lutheri asy-
 lo ingens concionatorum examen,
 quot currus capere posset. Ii Lutheri
 in auspiciatum Evangelium strenuè
 in illum populum propagarunt, quem
 tot annis Catholicus Princeps in Ca-
 tholicâ Religione continuerat. Est
 Lipsia parvum quidem, sed elegans
 oppidum, insigni mercatu & vili re-
 rum degendæ vitæ necessariorum
 pretio, atque etiam Univeritate vel
 Academiâ tum celebre, tum per quàm
 commodum studiosis, nisi quòd Lu-
 theri Evangelium illic regnat, non
 tamen prorsus Luthericè, quòd in
 nonnullis à Luthero nonnihil deflexe-
 rint, vocenturque à nonnullis Catho-
 licis molles Confessionistæ, quemad-
 modum

D

modum

modum alii rigidi Confessionista, qui Lutheri dicta factaq; omnia, quantumvis putida & insulsa, sibi mordicus tuenda statuerunt: Quia etiam Lipsenses & alios quosdam acerbissime proscindunt, quod à Luthero defecerint.

* Comment. rerum in Orbe gestarum, p. 334.

Nihil sanè mirum, quod inimicus hic non ea, quæ è re nostra sunt, loquatur. Nunquam enim in doctrinalibus mutationem nostra Lipsia est passa, in ritualibus autem & ceremonialibus quid factum esse parum attinet. Eadem verò nunc, & exacto Seculo hujus Academiae facie iterum colustratâ, mendaciorum postrema actutum non reglutiat stentor iste Roma-

Rom

appo

blen

CH

JOH

nost

psian

gnit

mun

apud

Acad

sima

quod

omni

tam

tam

* /

Po

costa

Romanus! Opponimus iisdem
 appositissimum verborum em-
 blema, Theologi de Ecclesia
 CHRISTI meritissimi, Dn. D.
 JOH. GERHARDI b. m. quo
 nostram olim commendavit Li-
 psiam: * *Magna Lipsiaca Urbis di-
 gnitas est (inquit) quod celeberrim-
 um totius Germaniae emporium
 apud exteros audit; Major, quod
 Academia laudatissima & antiquis-
 sima hospitium præbet; Maxima,
 quod puritatem doctrine cælestis ab
 omni errorum fermento repurga-
 tam tot annorum decursu in viola-
 tam conservat.*

* *In Epist. Dedicator. Tom. 1. Dissp.
 Theol. b. 5.*

Post habitas conciones Pente-
 costales unus & alter Theologo-
 rum

rum hîc remansit, ut Melanchthon feriis Pentecostes ad Camerarium scripserat: *Opinor nos hîc relicturos esse Myconium & Crucigerum, qui Ecclesias doceant. Et fortasè usque ad tempus vernum anni insequentis hîc hæserunt plantantes & extirpantes. Quibus Lutherus & reliqui Wittebergenses, quamvis non præsentibus, tamen per literas aderant, proculdubio ab his rogati. Sæpius Melanchthon in suis ad Camerarium mentionem injicit Børneri, Crucigeri & aliorum, & scribit expressè: *Duplicat nobis laborem ñ μυσία.* * Namque Camerarium itidem Lippicus hortus expectabat columnum, quem etiam accepit postmodum, de quo sic ad ipsum Philippus:*

lippu
libera
si pro
ses no
psia t
pestile
res in
ejus
beral
re, q
puum
tionis
*
Pra
ciger
& ex
pro e
adm
futu
nem

lippus: Erunt paulò post etiam de-
 liberationes τῆς ἀκαδημίας, quæ
 si procedent, ut arbitror, πρὸς καλέ-
 σει καὶ σε ὁ ἡγεμὼν. Et postea: Li-
 psia totâ hyeme sic satis grassata est
 pestilentia, & adhuc grassatur. Ea
 res impedit etiam deliberationes de
 ejus urbis Scholâ, etsi nuper Dux li-
 beraliter respondit, eam sibi curæ fo-
 re, quia judicet, Academiam præci-
 puum & ornamentum & caput di-
 tionis esse.

* Philipp. ad Camerar. pag. 320.

Præ cæteris autem Casparus Cru-
 ciger D. † in patrio solo colendo
 & excolendo fuit perassiduus, qui
 pro eâ, quâ pollebat, eruditione
 admirabili & singulari, καὶ δύνανται
 futuram Academiæ repurgatio-
 nem juvabat, & ipse repugnantes

adversarios jugulabat vel solus, de quo iterum Melanchthon, VI. Calend. Junii ad suum Camerarium: *Cruciger est Lipsiæ, disputat & concionatur. Ante triduum rixati sunt cum Monachis Dominicastris in publicâ disputatione horis continuis octo.*

[† *Vide ejus commendationem insignem à Dn. D. Henrico Höpfnero positam in Oratione parentali Dn. D. Polycarpi Lyseri p. m. Profess. & Superint. Lips. B. 4. fac. 2.*]

Prodromos hos repurgationis tandem hâc ipsâ luce solennis excepit intimatio, huic Academia oblata, quando in illâ *Rector Magnus* erat *M. Christianus Pistorius Westerburgensis-Saxo*, Decanus autem *Philosophiæ M. Johannes*

Girs-

Girs-
Illust-
ceps-
mific-
D. J-
latin-
Fride-
duos-
conj-
quen-
scrip-
rum-

Pe-
Acad-
mun-
Conf-
quæ-
divin-
ius-

Girswold Hammelensis-Saxo, cum Illustrissimus atque Celsissimus Princeps Henricus suos ad Academiam misit Legatos Theologos quatuor D. Justum Jonam, Georgium Spalatinum, D. Casparum Crucigerum, Fridericum Myconium, itemque duos Nobiles, quorum unum conjicimus fuisse Carolovicium, quem Philippus ad Camerarium scripsit emendationem Ecclesiarum adjuvisse.

In Epistol. ad Camerar. p. 323.

Per hos Legatos primum ad *Academiam* dimanavit Illustrissimum edictum, ut *Augustanam Confessionem* ejusque *Apologiam*, quæ præluentem haberet verbi divini pharum, reciperet, ad cuius declarationem ex verbo DE I

petitam de Religione firmiter
 statueret, suos fideliter institue-
 ret, secus docentes feliciter pro-
 stitueret, atque inde contra Pal-
 ladium Antichristi arma capeffe-
 ret. Ad hanc ipsam diem omnes
 Academici Proceres & Cives, qui
 de quatuor nationibus hic erant,
 à Magnifico Dn. Rectore convo-
 cati *in aroaterio hujus Collegii*
Majoris solenni congregatione
 confluxerunt, proposita à Domi-
 nis Legatis avidè exceperunt, ex-
 cepta justâ lance expenderunt, &
 tandem unanimes reposuerunt,
 se obviis ulnis & τὰν ἀμφοῖν, quod
 dicitur, hoc Orthodoxæ Ecclesiæ
 Symbolum recipere, proque Re-
 ligionis veræ orthodoxâ sinceri-
 tate meritò suspicere.

Vocem

V
 volu
 tule
 unu
 Uda
 Lob
 lius,
 miti
 ster
 Aca
 ante
 ne il
 cio l
 beri
 tiam
 ratic
 Po
 ceps
 anim
 pud

Vocem hanc veluti novissimæ voluntatis fidei commissum retulerunt *Proceres Academici sex, unus Magister Theologiæ, nomine Udalricus, & quinque Doctores, D. Lobwasserus Decanus, D. Schöffelius, Stramburgus, Funckius & Camitianus*, qui ultimus olim Magister factus, Theologiæ in hac Academiâ strenuè litaverat, & ante 20. annos finitâ Disputatione illâ solenni à Luthero cum Eccio habitâ, cum Magistri nostri liberio rem sibi sumserant Licentiam, Matthæi Evangelistæ enarrationem publicè tradiderat.

Postmodum autem, cum Princeps in M. Fröschelium gravius animadverterat, Theologiæ repudium miserat, & Jurispruden-

D 5 tia

tia se mancipaverat. Is nunc in
 causâ hâc Academiae suam
 operam locavit. Atque ita augu-
 stum hoc Ecclesiae Symbolum
Confessio in Augustâ Urbe Imperii
 Romani Augusto oblatum hâc
Augusti x i i. die in augustâ hâc
 Academiaâ augustum obtinuit lo-
 cum, fuitque hoc Religionis re-
 purgatae in eâ primum initium,
 secundi successûs indicium, in-
 gens sanè Trinunius DEI benefi-
 cium.

Ita nostra *Lipsia*, DEO clemen-
 ter prosperante, ex officinâ im-
 pietatis evasit Schola pietatis, ex
 idololatriæ conciliabulo veræ &
 puræ Religionis asylum, ex lati-
 bulo turpitudinis domicilium
 integritatis, uno verbo amœnis-
 simus

sim
 Para
 ma
 a n a
 volu
 pe
 con
 in E
 eni
 stitu
 per
 mar
 Ver
 clar
 rum
 na e
 tum
 illar
 ad b
 eran
 s
 s

limus & pulcerrimus facta est
 Paradisus. Hic enim audiit Da-
 masceno *εὐφροσύνης καὶ θυμῆος*
ἀπάσης ταμείον, omnis lætitiæ &
 voluptatis promptuarium; Qvip-
 pe quæ proveniebat tum ex loci
 conditione, plantatus enim erat
 in Eden, in loco voluptatis, inde
 enim Græcum *ἠδονή*; tum ex con-
 stitutione aëris, qui ibi erat tem-
 peratus & saluberrimus, erat pri-
 marum qualitatum æqvabilitas,
 Veris perpetui amœnitas, summa
 claritas ac serenitas; tum ex aqua-
 rum irrigatione, quatuor flumi-
 na ex uno fonte scaturientia hor-
 tum istum irrigabant, aquarum
 illarum erat mira perspicuitas &
 ad bibendum suavitas, in quibus
 erant variæ gemmæ, granula au-

ri, pisces generis varii: tùm ex
 terræ germinatione, quæ produ-
 cebat herbas fragrantissimas, flo-
 res formosissimos & odoratissi-
 mos, plantas versicolores, arbo-
 res suavissimis fructibus luxu-
 riantes. Erat ibi arbor vitæ, cu-
 jus fructus senii & mortis fuisset
αεφυλακικόν. Singulas has Pa-
 radisi delicias vobis etiam nostra
 exhibet Lipsia feliciter ante Secu-
 lum repurgata. Videte hîc amœ-
 nissimam diversissimorum inge-
 niorum harmoniam & tempera-
 tissimam morum æqualitatem.
 Videte hic flores rarissimos atque
 carissimos virtutum, violas hu-
 militatis, rosas sapientiæ, lilia
 eloquentiæ, amarantum pietatis,
 tulipas caritatis. O utinam &
 porrò

por
 los
 tas,
 &
 aut
 se a
 F. ju
 assu
 gia,
 mi
 rui
 retu
 eve
 ut se
 *
 V
 enti
 na
 qvi
 σοφ

porrò has areolas atque pulvil-
 los hæc florum pingat amœni-
 tas, exulet aculeata discordiarum
 & contentionum spina. *Plinius*
 autor est, * in Ponto laurum fuis-
 se ab eventu insanam dictam:
 Ejus palmites & flores in navim
 assumpti, rixas excitârunt & jur-
 gia, non nisi per ejectionem pal-
 mitum sedanda. Nondum exa-
 ruit laurus insana, sed non tole-
 retur in Paradiso Academico
 evellatur, excindatur, ejiciatur,
 ut solita redeat & rideat elegantia.

* *lib. 16. Natural. Histor. cap. 44.*

Videte hîc varias arbores sci-
 entia, radices intelligentia, semi-
 na Sapiencia, rivos prudentia,
 qui ex uno fundo & fonte *πρωτο-*
σοφίας orti, per quatuor Faculta-

cum flumina ad singulas Christiana-
 nae Reipublicae Hierarchias irri-
 gandas perenni aqvilitio dima-
 nant, & in immensa Disciplina-
 rum maria hinc inde abeunt, un-
 de Xenophon artes πηγὰς τῶν κα-
 λῶν, fontes omnium bonorum,
 non imprudenter appellavit.

Videte hinc Academicas plan-
 tas in verâ DEI cognitione, in pie-
 tate, in bonis literis, in studio vir-
 tutis, in moribus politioribus
 magis magisque succrescentes,
 Plantas Ecclesiarum, Rerumpu-
 blicarum, Oeconomiarum po-
 steritati, si quæ futura est, spem
 promittentes uberrimam.

Videte in hoc Paradiso arbo-
 rem Vitæ, verè in Medio positam,
CHRISTUM JESUM, Me-
 dia-

diato
 ritur
 & co
 & spi
 bor h
 stus r
 hom
 orbe
 Om
 Om
 ritor
 æstur
 bis o
 sunt
 grati
 omni
 ad æ
 Huju
 in qu
 mina

diatorem unicum, cujus hîc asse-
ritur vigor & decor, qui confert
& conservat vitam & naturalem,
& spiritualem, & æternalem. Ar-
bor hæc est gemelli stipitis, Chri-
stus namque est biunus, DEUS &
homo; Hujus rami in universum
orbem se exporrigentes ejus sunt
Omnipotencia, Omniscientia,
Omnisapientia, Clementia, me-
ritorum sufficientia, unde contra
æstum iræ divinæ gratisima no-
bis obtingit umbra. Fructus ejus
sunt justitia coram DEO valens,
gratia peccata remittens, Pax
omne bonum promittens, Vita
ad æternam gloriam admittens.
Hujus cortex ipse erit Liber Vitæ,
in quo nostra inscripta sunt no-
mina. In hanc arborem excre-
vit

vic Virga illa Jesse, Radix & virgultum è terra sitiente obortum. Inde depromi potest lignum Vitæ dulcissimum, præstantissimum, utilissimum: Hinc peti potest baculus Jacobi rectissimus, quo sustentante nos ad regionem ducimur viventium beatissimam.

Videte denique & alias arbores longâ serie in hoc Paradisi horto enatas, quarum aliæ amœnitate & viriditate, aliæ fertilitate & fructuum ubertate, aliæ proceritate & verticis excelitate hoc pomarium hætenus ornarunt & etiamnum ornant. Ante centum annos nimia raritas conspicienda erat illarum in hac Philuræâ, vix enim in eâ *Magistri & Doctores*

nu-

numerabantur *triginta*, *Studiosi*
verò in univèrsum omnes *quin-*
quaginta. Subseqvo verò tempo-
re adeò fertilitatis suæ pandit gre-
mium, ut numerosiorem his an-
numeret copiam. Ex quo enim
repurgata est hæc Academia in
numerum studiosorum & Album
Academiæ relati sunt *quadragies-*
octies mille & quinquaginta septem
Studiosi. Sed & in omnibus arcis
non parùm multam effudit ar-
borum proceritatem. *A Theolo-*
giæ vireto ut incipiam in eò Secu-
lo hoc renunciati sunt *triginta*
octo * *Doctores Theologi*. In poma-
rio *Juridico* promoti *Doctores* nu-
merantur *ducenti & unus*. In hor-
to *Medico* ramis felicibus surrexe-
runt *Doctores* numero *quinqua-*
ginta.

ginta. In *Philosophico* prato lau-
rus egregiè fronduit, *Magistros*
hoc *Seculum* exclusit *mille octin-*
gentos viginti quinque. *Baccalau-*
reos bis mille ducentos triginta duos.

E quibus si altiùs conspiciendas
vobis proponere deberem ali-
quas, saltem illas Palmas, quæ ha-
ctenus onera Academicarum o-
perarũ tulère, & contra omnium
molitiones altissimis defixæ ra-
dicibus stetère ponderum gravis-
simorum victrices, citiùs medietas
hïc deficeret.

* *Doctores Theologiæ in Academ. Lipsiensi*
inde à Reform. promoti sunt :

Anno 1543. V Volfgang. Schirmeister.

Casparus Börner.

Bernhardus Stegler.

Johannes Pseffinger.

Andreas Samuel.

Anno 1551. V Volfgang. Pfentner.

Nico-

ACADEMICUS.

67

Nicolaus Herco.

Georgius Ziegler.

Johan. Mencilius.

An. 1558. Andreas Knauer.

Henricus Salmuth.

Petrus Helleborn.

Andreas Frenhube.

Bartholom. Thumbaum.

An. 1572. VVolffg. Harder.

Georgius Luder.

Balthasar Sartorius.

Zacharias Schilter.

An. 1588. Burchardus Harbart.

An. 1592. Simon Gediccus.

An. 1599. Georgius Wetnreich.

Cornelius Beccer.

An. 1606 Vincentius Schmud.

Erhardus Lauterbach.

Johannes Försterus.

An. 1614. Leonhardus Rechtenbach.

Christoph. VVilhelm, Walpurger.

An. 1617. Johannes Schreiter.

Antonius Thörmer.

Heinricus Höpffnerus.

An. 1628. Johann. Höpner.

Johann. Winter.

Gabriel Loher.

An.

An. 1629. Thomas Weinreich.

An. 1630. Christianus Lange.

Paulus Menius.

An. 1634. Mauritius Burchardus.

An. 1638. Andreas Bauer.

Primus sinceræ Theologiæ Professor in
hac Acad. fuit Nicolaus Scheubelius,
qui Licentiam accepit Anno 1539.
mense Octobr.

Properandum mihi video, ne
vobis tædium suboriatur in hor-
torum amplitudine. Quos ante-
quam occlusum eam, succurrit
mihi illorum apud vulgus vulga-
ta despicientia, quòd quidam in
sudore vultus panem comedi ex
opere manuario saltem opinen-
tur, & merâ cavillandi libidine
in horto Academico occupatos
otiosos esse elamitent, quin ara-
tro, falci, ligonibus & rastris ipsos
adjudicent. Sanè hi præ nimia ju-
dican-

dican

habe

par e

tantu

Para

mult

plant

dum

que v

isti r

nati

co la

De

dign

Faur

Thra

qui

mera

mia

desp

dicandi cupiditate intellectum
habent in lingua. Hos corydones
par erat iudicium ferre de suo
tantum rare & cylindro, non de
Paradiso Academico, in quo est
multo majori labore ferendum,
plantandum, occandum, rigan-
dum, runcandum, putandum at-
que vigilandum, ac omnes insulsi
isti rerum aestimatores ad stivam
nati & damnati in agro suo, rusti-
co labore tentare praesumunt.

Denique non possum non in-
dignari, quod audiam ulterius,
Faunos atque Satyros nonnullos,
Thrasones & Gnathones aulicos,
qui velut alter Pyrgopolinices
meras glorias crepant, Acade-
miam nostram alto supercilio
despicere, & vulpecularum lastro
ean-

eandem comparare, quoniam & hor-
 ti hujus πανωλεθρίαν omnibus
 modis parare. Res indigna &
 multis lacrymis deploranda!
 Quid verò spernunt, quid inva-
 dunt, nisi ipsius DEI Paradisum,
 Ecclesiae fulcrum, Reipubl. stabi-
 limentum, & omnis boni luxu-
 riantem agrum? Itane ergo &
 pudor & ratio omnis exulat, ut
 illam, à qua pax & salus publica
 dependet, ausu planè giganteo
 spernere, premere, tollere multi
 & multis modis, & locis in multis
 non vereantur. Utinam confun-
 dantur & conturbentur omnes,
 qui confusionem diligunt & Pa-
 radisum hunc pulcerrimum &
 saluberrimum devastatum eunt,
 quibus εν τω μηδεν ειδεναι ηδισος βιος,
 qui-

quibus barbaries nardum olet & amaracum.

Nostrum itaque est DEO votis devotis commendare hujus nostri Paradisi Lipsici curam atque culturam contra horum & aliorum rabiem.

Quod itaque nunc restat, ad Te, Misericordissime DEUS, omnis fertilitatis autor unice, religiosam pietate devolvimur. Infinita tua bonitati merito ascribimus & toto pectore eidem gratias litamus, quod Celsissimo & Illustrissimo Duci Henrico Seculo abhinc Spiritum istum, pium indideris, ut repararet, Potentissimisque posteris, ut dotarent & tutarentur, ut fecundarent & amplificarent Paradisum hunc Misnicum. Tue gratia acceptum ferimus.

uni.

unicè, quòd Evangelica doctrina,
centum abhinc annis Ministerio B.
Lutheri purè in nos transplantata,
& salutifera JESU CHRISTI,
Filii tui, agnitio Spiritus tui S. cultu-
rà in hoc horto Paradisiaco succre-
vit, & contra tot machinamenta in
hunc usque diem fixa & immota per-
stiterit. Tu horti hujus fuisti & gyros,
vallum & sepimentum firmisimum.
Tui beneficii est, quòd Paradisus hic
per exactum hoc centenarium suos
habuit custodes, qui providà curà
& fulturà eum vallarunt; patronos,
qui animo alacriori & manu libera-
liori ipsum sustentarunt; colonos, qui
ab hereseon lolis & barbariei lappis
doctrinà solidà perpurgarunt; semi-
na, quæ non in steriles, sed in ferti-
les, non in nocivas, sed salubres plan-

tas

tas excreverunt, ex agro hoc terre-
no porrò in cœlestem Paradisum tuâ
dexterâ transferendas, fronde
ἀειθαλῶν ἔσ' ἰσὺς ἰσὺς ἰσὺς ἰσὺς
das, decorandas.

Precamur autem supplices immen-
sam tuam Clementiam per viscera
misericordie tuæ infinite, O Pater
misericordissime, ut per hoc etiam,
quod pronâ tuâ in nos benignitate
nunc auspiciamur, Seculum, Paradi-
sum istum Lipsicum paternè cures ἔ-
colas, lumina atqve columnina ejus-
dem firmes, olitores vocationi suæ
rectè incumbentes serves, plantas
adversus fortune insultum ἔσ' ἰσὺς
multum, contraqve mundi suavia
insuavia foveas. Plantarium hoc ab
irruentium aprorum immanitate,
ab harpyjarum vastitate, à noxio-

E

YUM

rum halituum foeditate vindices & tutum praestes, & ante omnia in pulvillis ejus conserves Verbi tui Sacrosancti amarantum, flore formosissimum, odore fragrantissimum, vigore praestantissimum, in tuam laudem, nostrum usum, Illustrissimum nostrum Electorem, Patriae Patrem, in cujus consilio & auxilio totus & tutus solidatur hic hortus Academicus, ingravescente hac aetate propitius respice, & Serenissimam ejus Celitudinem porrò Academiae, Ecclesiae, Electoratus & toti Romano Imperio in multam aetatem sospitem praesta, totique Illustrissimae familiae Saxonicae ex alto benedictionem clementer imperti, ut pietatis & literarum studia strenuè defendat, omnia consilia ad tuum honorem, & Orbis Christiani

n
ce
a
n
&
le
v
li
ni
er
st
te
sa
as
im
te
ve
po
tra
ge
Pa

ni decorem, salutariter dirigat. Do-
 centibus tribue vigorem, discantibus
 ardorem: Fac in hoc plantario Mis-
 nico nascantur Ecclesie propagines
 & Reipubl. traduces, ex plantulis cæ-
 lestibus arbores. educ justicie, ejice
 vitiorum sentes, elide frugiperdas sa-
 lices, erige letos germinantium inge-
 niorum ordines. Turbidas crassorum
 errorum nebulas, decumanas tempe-
 states, huic hortu exitium minitan-
 tes, benignitatis tuæ radiis dispelle,
 sanctissimi Flaminis tui Favonium
 aspira, fecunditatem augescentem
 immitte, ut hortulani in tranquillita-
 te plantare, fructus largiusculè pro-
 venire, & palmites sine noxâ crescere
 possint, donec in cælestem Paradisum
 traducti aeternum ibi vernali, vi-
 geant & augmententur. Amen!

PaCeM DVX IESV ple faXIIs porrò Vlrere!

Centennem sacro celebrans hortum in
Tiliato,

Te celebrem hoc ipso, **CLARE WEBE-**
RE, facit.

Munus id omne **DEI** est: hoc, jactet sem-
per alumnos

Cultoresq; hortus, **Præsides, Sionius!**

L. Philippus Müller,
Prof. Math.



Inclly

Inclyta LIP S I A

*Primo Reformationis suæ Se-
culo exacto subsequentes in publicâ
officiorum statione habuit
personas*

IN ACADEMIA:

RECTOREM MAGNIFICUM

Dn. Andream Bachmannum, Hala-Saxonem
Medic. Licent. &c.

*Professores in Facultate Theologicâ
Ordinarios:*

Dn. D. Christianum Langium, Numburgen-
sem, Decanum.

Dn. D. Henricum Höpfnerum, Lips. Seniore.

Dn. D. Johannem Höpnerum, Rosvvinensem,

Dn. L. Ananiam Webern/ Lindenhaynensem.

Extraordinarium.

M. Davidem Auerbachium, Limenæum.

In Facultate Juridicâ

Assess. & Professores.

Dn. D. Sigismundum Finckelthufium, Lips.
Ordinarium, Juris Canonici.

Dn. Dn. Johannem Böhmen / Francofurt. ad
Viadrum, Codicis.

E 3

Dn.

Dn D. Georg. Tobiam Schwendendorffern/
Norinbergens. Pandectarum.

Dn. D. Dan. Putschherum, Bresnic. Boh. Institut.

Dn, D, Sam. Mosbach / Lips. Tit. de Verb. Sign.

Assessores :

Dn. D. Fridericum Scipionem, Lips. Seniore.

Dn D. Christoph Preibisium, Sprotta-Sil.

Dn. D. Tobiam Heidenreich / Lips.

Dn. D. Quirinum Schacher / Lips.

Dn. D. Johannem Born / Lips.

Dn. D. Franciscum Romanum, Lips.

In Facultate Medicâ Professores

Ordinarios :

Dn. D. Franciscum Kest, Lips. Decanum, The-
rapeut.

Dn. D. Johannem Heinzium, Joach-Val. Sen.
Patholog.

Dn. D. Johannem Zeidlerum, Leoberg. Siles.
Anatom. & Cheir.

Dn. D. Johannem Michaëlis, Susatens. VVest-
phal. Physiolog.

Extraordin.

Dn. D. Joh. Nicol. Thomingium, Palatin. Anat.

In Facultate Philosophicâ

Professores.

Dn. M. Conradum Bavarum, Halens. Utr. Ling.
& Hist. p. t. Decan. Dn.

Dn. D. Christophorum Preibisium, Sprottav.
Physices.

Dn. L. Philippum Müllerum, Mathematicum.

Dn. L. Andream Bachmannum, Poëtices,

Dn. L. Johannem Ittigium, Schleusing. Fr. Or-
gani Aristot.

Dn. M. Andream Corvinum, VVestfeld. Fr.
Oratoriae.

Dn. M. Johann. Hornschuch / Themar. Franc
Dialectic. Melancht.

Dn. M. Antonium Kirchhoff / Thalensem,
Ethices.

Dn. M. Martinum Geyer / Lips. Hebr. Lingvæ.
Assessores.

Dn. L. Zachar. Schneider / Lips.

Dn. M. Frideric. Leibnütz / Altenbergens.

Dn. M. Hieron. Kromajerum, Cizensem.

Dn. M. Johannem Preibisium, Sprottâ. Sil.

Decem-VIROS:

Magnificum Dn. Rectorem.

Dn. D. Henricum Höpfnerum, Lips.

Dn. D. Johannem Höpnerum, Rosvvinen-
sem.

Dn. D. Sigism. Finckelthufium, Lips.

Dn. D. Franciscum Kest, Lips.

Dn. D. Johannem Heinz, Joachimico - Val-
lens.

Facultatis Philosoph. Spectab. Dn. Decanum.
 Dn. L. Philippum Müllern / Herzbergens.
 — L. Zachariam Schneidern / Lips.

Collegiatus

Collegii Majoris Principum:

Dn. D. Georgium Tobiam Schwendendorffer /
 p. t. Præpositum

Dn. D. Henricum Höpfnern / Seniore.

— M. Conradum Bavarum.

— L. Philippum Müllerum.

— D. Franciscum Rest.

— D. Johannem Helntz.

— M. Andream Corvinum.

— L. Zachariam Schneidern.

— M. Fridericum Leibnütz.

Collegii Minoris Principum:

Dn. M. Lucam Pollionem, Præpositum.

— D. Sigismundum Sincelthaus.

— D. Johannem Zeidlerum.

— D. Johannem Höpnerum.

— D. Johannem Michaëlis.

— L. Andream Bachmannum.

— M. Johannem Baldovium.

— L. Johannem Irrigium.

Collegii B. Marie Virg.

Dn. D. Christophorum Preibisium, Sprottâ-
 Siles.

Dn.

Dn. M. Joachimum Pollionem, Uratisl. ad S.
Mariam Magdalenam Diaconum.

Dn. M. Johannem Preibisium, Sprott. Sil.

In Supremâ Electorali Curia.

Præsidentem:

Dn. Georgium à Nishwitz / in Nebra & Str.
sicht.

Vice-Præsidentem:

Dn. Henricum Hildebrandum ab Einsidel / in
Scharffenstein / Wolckenburg / Löbichau &c.

Assessores:

Dn. Manboldum ab Ende / in Wildenborn &c.

Dn. Christianum à Pölnitz, in Grewitz & Lin-
dencreutz.

Dn. Theodoricum & Wilhelmum à Wet-
lingen.

Dn. Johannem Georgium Ples in Thalwitz.

Dn. D. Sigismund. Stindelthaus / Ordinar.

Dn. D. Samuel. Rosbach.

Dn. D. Georg. Tobiam Schwendendörffern.

Dn. D. Francisc. Romanum.

Dn. D. Benedictum Carpzovium.

Proto-Notarium:

Dn. Sigismundum Fridericum Sulzbergern /
Groizensem. Styrum.

In

*In Electorali Synedrio Ecclesiastico**Assessores:*

Dn. D. Sigismundum Finckelthusium, Directorem.

Dn. D. Henric. Boldmarn.

Dn. D. Henricum Höpffnern/ Lips.

Dn. D. Johan. Höpfern.

*In Electorali Scabinatu**Assessores:*

Dn. D. Benedictum Carpovium Sen.

— Leonhardum Schwendendorffern/ Norimb. Cons.

Dn. Christianum Eulenam/ Torgens. Cons.

Dn. D. Andream Schäffern/ Lips.

Dn. D. Nicolaum Lebzelteru/ Lips.

Dn. D. Henric. Boldmarn/ Lips.

Dn. D. Johann. Schilterum, Lips.

IN REPUBLICA.*Regimen p. t. tenentes:*

Dn. Christianum Eulenam/ Consulem.

Dn. D. Casparum Ziegleru/ Assess.

Dn. Gotofredum Babst/ Lips. Vice-judicem.

Dn. Leonhardum Herrmann/ No-

riberg,

} Ediles.

— Casparum Bosen/ Luppensem, }

— Sigismund Frideric. Sultzbergern,

Dn.

Dn. Georgium Eichhorn / Lips.

Dn. Qvirinum Schachern / Lips.

Dn. Sebastianum Ohelm / Lips.

Dn. Casparum Bterling / Lips.

Dn. Henricum à Nyffel / Lips.

Dn. Fridericum Kühlewein / Lips.

Extra regimen:

Dn. Leonhardum Schwendendorffer / Norib.
Consulem.

Dn. D. Henricum Boldmar / Assessorem.

— Bartholom. Eichhorn / Schvvinf.

— V Wolfgangum Henricum Preu. } Aedil.
fern / Lips. }

Dn. Edvardum Beckern / Lips.

Dn. Johann. Schneider / Glauchaviensem.

Dn. Henricum Schwettern / Lips.

Dn. Sebastianum Meyern / Hamburg.

Dn. Adrianum Stegern / Lips.

Dn. Jacobum Meyern / Lips.

In Ministerio Ecclesiastico.

Ad S. Nicolaum:

Dn. D. Johannem Höpnerum, Rosvv. Pasto-
rem & Superint.

M. Jeremiam Webern / Lipsiensem, Archi-
Diac. SS. Theol. Baccal.

Dn. M. Lucam Pollionem, Uratislav. Sil. SS.
Theol. Baccal. Diac.

Dn. M. Johannem Müllern / Themar. Fr. Diac.

Ad

Ad S. Thomam :

Dn. D. Christianum Langium, Numburg. Pa-
storem.

Dn. L. Ananiam Webern/ Archi. Diac.

Dn. M. Johann-Benedictum Carpzovium,
Rochlicensem, SS. Theol. Baccal. Diac.

Dn. M. Abrah. Zeller/ VVurz. SS. Th. Bac. Dia.

Ad S. Johannem :

Dn. M. Simon. Bach/ Græciensem-Variscum.

In Nosocom.

Dn. Stephanum Beckern/ Islebium.

*In Scholis Senatoris.**Thomana :*

Dn. M. Antonium Kirchhoff/ SS. Theol. Baccalaur.
Rectorem.

Dn. M. Georgium Cramerum, Pachra-Thur.
Con-Rectorem.

Dn. Christianum Horlemann/ Coll. Tert.

Dn. Tobiam Michaëlem, Dresdensem, Can-
torem.

Nicolaitana :

Dn. M. Johannem Hornschuch/ Rectorem.

Dn. M. Sebast. Gottfried Starck/ Mitvyeid.
Con Rectorem.

Dn. M. Andream Stindenmuth/ Isleb. Tert. Coll.

Dn. M. Sebast. Koch/ Byruth. Fr. Cantor. &c.

FINIS.

306654

ULB Halle 3
003 505 952




f


Sb.

VD 77 M. C.





LIPS
 Collat
 psie
 IN
 REFO
 SE
 DIE
 Quo pra
 spiciis Illu
 cipis Saxoni
 Pontificiis p
 induit,
 A.
 Oratione
 M. JEREM
 ad S
 GRAMMA



Kodak
 LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000
KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

